



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 137. Regius Walliæ Princeps in Anglia mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XVI. A.C. 1502. integros octo annos duodecim aureorum millia quotannis numeraret. II. Alios præterea centum lancearios his copiis adjungeret. III. Episcopi Lunensis soror, Papæ neptis, Hannibali Bentivolii natu majori Filio nuberet. Conditions ecquidem acceptatæ, minime vero adimpletæ fuerunt, ut proxime memorabimus.

§. CXXXVII.

Regius Walliæ Princeps in Anglia mortuus.

Dum interea Italia hisce tumultibus dire agitabatur, Anglia luxit Arturum Walliæ Principem, regni hæredem. Natus is erat die vigesima Septembris Anno salutis millesimo quadringentesimo octogesimo sexto, & fatis functus Ludlovii hoc anno die secunda Aprills; Is quinto a Nuptiis mense, quas cum Catharina Ferdinandi, & Isabellæ Filia die quarta Novembris anno priore contraxerat, conjugem suam absque prolis spe reliquit. Equidem Henricus VII. Arturo administrationem committebat omnium Provinciarum, quas lege fiduciaria possederat, adjunxitque Senatam Viris totius Angliæ prudentia, ac scientia clarissimis instructum, quorum consiliis Walliæ Provinciam, in qua regiam fixerat, gubernava-

*Bacon hist.
Regn. Hen-
rici VII.
Polyd. Virg.
hist. Anglic.
lib. 26.*

gubernaret; verum coelesti dispensatione Saecul. XVI.
 factum, ut Princeps adeo prudens Patri A.C. 1502.
 suo succedere præmatura morte prohi-
 beretur, quam brevi excepit obitus Ma-
 tris suæ Elisabethæ Reginæ, quæ Hen-
 ricæ conjux ex puerperio vivis erepta
 fuit. Omnium ferme Scriptorum testimo-
 nio habetur, Principem hunc diu adversa
 valetudine laborasse, adduntque nonnulli,
 illum jam lenta tabe defluxisse, cum ma-
 trimonium iniisset; nihilominus Baco re-
 rum Anglicarum notitia longe celebra-
 tissimus, disertis verbis affirmat, eum,
 cum Catharinæ Regis Catholici filia
 desponsaretur, integra, ac firma valetu-
 dine usum fuisse; non deerant tamen se-
 creta Henrico consilia, ob quæ commu-
 nis famæ judicio ab aliis credi percupie-
 bat, quod ejus filius ex morbosa corpo-
 ris habitudine decessisset.

§. CXXXVIII.

*Henricus VII. Arturi viduam filio
 suo secundo genito desponsare
 conatus.*

Hujus obitu Henrici filius natu minor
 unicus, isque necessarius erat An- Baco l. cit.
 glici sceptri hæres, cui Pater ejus, vix Mezer. ab-
 comperta filii sui primogeniti morte, re- reg. chron.
 lictam viduam connubii foedere jungere hist. de
 constituit; cum vero eandem foeminam Louis XII.
 C c 4 duobus